UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 101. Continuata Cleri Gallicani comitia anno 1585. incæpta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67246

Visual Library

Sæcul. XVI.
A.C. 1586.

§. CI.

Continuata Cleri Gallicani comitia anno 1585. incœpta.

Abregé des act. & mem. du Clerge de France tom. 1. par Boujou p. 494. Act. du Clergé cher Vitre p. 88.

Interea in Cleri Gallicani comitiis, quæ anno priori incœperant, ſeſſiones usque ad menſem Junium hujus anni protrahebantur, & quidem die octava Februarii Cancellarius Archiepiſcopo Viennenſi ſignificari juſſit, mirum videri, quod plures Epiſcopi, quibus abjuratio ab hæreticis facta non probatur, inſuper inſiſtere velint, ut eadem ab illis publice fieret: igitur hac ſuper re ſancitum, ut ejusmodi ejurationum tabulæ Noviodunenſi Epiſcopo traderentur: cum vero Sixtus V. Papa ad Regem quoddam miſiſſet diploma, vi cujus ex redditibus Eccleſiaſticis centum aureorum millia exigendi facultatem eidem conceſſerat, addita tamen hac clauſula, *Invitis Clericis, & contradicentibus*, hinc ſacer Ordo deſuper queſtus Senatui regio libellum ſupplicem porrigebat, rogans, ne hoc diploma ad acta referretur.

§. CII.

Ordo Eccleſiaſticus ſuas rationes Senatui exponens.

Ordo Eccleſiaſticus die tertia Martii per Noviodunenſem Epiſcopum ſuas